Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus ascetico-theologicus de conscientia erronea - Cod. Ettenheim-Münster 75

Cartier, Jean-Baptiste

[S.l.], 1733

§3

urn:nbn:de:bsz:31-108631

Visual Library

difficilius inde depellitur. Quā=
obrem expedit scrupulosum /: ita
concludit Laÿman hic c. 6. :/ ne=
gotiis insistere, ne scrupulis va=
candi tempus suppetat.

§. 3tius
Crebra ad Deum ac Sanctos oratio

Tertium remedium est, ut scru=
pulosus Dei ac SS: imploret
auxilium. Cum nesciamus, ait
Josaphat Rex ad Deum 3. reg. 3.
quid agere debeamus: hoc solū
residui habemus, ut oculos nostros
dirigamus ad te; Hoc remedium
vocat Caietanus divinum, et me=
ritò; quia B. Jacobus in sua
Epist. c. 1. expressè dicit: Si
quis vestrûm indiget sapientiâ,
postulet à Deo, et dabitur illi.
Vnde et sapiens de se ipso testa=
tur Sap. 7. Invocavi et venit
in me spiritus sapientiæ. Quæ=
rite, inquit ipsamet incarnata
sapientia, et invenietis, pulsate,
et aperietur vobis; ergo /: ita
concludit Contenson hic cap. 2.
qui non invenit, qui non accipit,
cui non aperitur, hoc ipso non
petiisse, non quæsiisse, non pul=
sasse convincitur; vel saltem

non tantùm petiisse quantùm res tanta petenda est; uel non eâ, quâ par erat cordis munditie et castimoniâ quaesiisse; uel non perseueranti deuotionis instantiâ pulsasse.

Rectè Sylvester verbô Scrupulus ait: Tertia s: regula: est continuatio deuotae orationis, quae est optimum remedium, sed eô scrupulosi parùm utuntur, et malè. Nam sicut Luraticus in Euangelio, qui scrupulosi aptissimam refert figuram s: quemadmodum enim ille nunc in ignem nunc in aquam se iactabat, ita iste modò in hanc, modò in illam iactatur fluctuationem, et anxietatem: s: sicut inquam ille Lunaticus curari non potuit nisi orationis adminiculô, sic scrupulus difficulter sanari posse uidetur nisi divinae invocationis subsidiô.

Multum etiam proderit si scrupulosus B. V. opem implorat, cùm enim Mater sit sapientiae, fieri non potest, quin det sapientiam piè à se petentibus eam. Audi D. Bernardum serm. 2. super Missus est. In periculis, inquit, in angustiis,

in rebus dubiis Mariam cogita, Mariā invoca; ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras, ipsā tenente non corruis, ipsā protegente non metuis.

§. 4tus
Scrupulorum animosa pugnatio.

Quartum remedium est, ut Scrupulosus operetur contra scrupulum seu conscientiam scrupulosam, hoc enim non solum licitū est, sed quandoqꝫ necessarium, ut communiter docent Doctores. Licitum quidem, Quia cum conscientia scrupulosa seu Scrupulus sit quoddam dictamen improbabile ac certo moraliter falsum; cum futilibus dumtaxat rationibꝫ fulciatur, sequitur manifestè, quod ei oppositū judicium sit certò moraliter verum. v. g. Scrupulus dictat horas canonicas denuo repetendas esse: hoc dictamen, eo quòd nullō fundamentō nitatur, est improbabile, ac certò moraliter falsum; ergo eius oppositum, nempe prædictas horas nautiquam repetendas esse, erit certò moraliter verum, cui inhærere omnino li-